

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia  
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

**Meier, Gebhard Theodor**

**Helmstadii, 1696**

**§. III.**

**urn:nbn:de:bsz:31-105465**

✿ (3) ✿

grammate quoque habetur, & ibi ex adducto loco  
adeo manifeste probata est, ut ipse Chiliastrarum.  
Antesignanus non ausus fuerit, in oppositâ Program-  
mati Animadversione, eicontradicere, sed ibidem.  
§. 30. agnoscat, hoc ipso, quod in textu non dicatur,  
*en tpiou, sed en d& repou,* duos præcise definiri adventus  
Christi, ultra quos nullus admittendus sit adventus ter-  
tius. Hinc ipse (cum tamen geminum adhuc expectet  
judicium) statuit I. c. in extremo judicio Christum  
non esse visibiliter in terrâ apparitum, sed mortuos  
ipsi fore sursum sistendos. Quare hæc Assertio ulte-  
riori deductione non indiget & tuto præsupponi po-  
test, ipsis etiam Chiliaстis consentientibus.

§. III. Ex ista igitur infero hanc secundam assertio-  
nem: Unus saltem adhuc erit expectandus Chri-  
sti adventus (seu visibilis apparitio) ille scilicet, in  
quo absque peccato conspicietur iis, qui ipsum  
expectant ad salutem. Ratio manifesta est, primus n.  
adventus ad peccati profligationem jam diu factus est,  
unde unus saltem ex illis duobus, nempe posterior futu-  
us adhuc esse poterit, cum præter duos quos Scriptu-  
ra S. determinat Christi adventus, non possit admitti  
adventus tertius, fatente ipso Animadversionis Auto-  
re §. 30. unde nec quo ad hanc assertionem pugna-  
nobis erit cum Chiliaстis. Notanda autem & præsup-  
ponenda etiam hæc erat, ut sciamus & certi simus  
quæcunque in Scripturis S. N. T. de futuro quodam  
visibili Christi adventu dicuntur, non esse trahenda ad  
diversos adventus, sed omnia ad illum unum pertine-  
re, & in unico hoc adventu simul esse implenda, quo  
præsupposito in sequentibus conclusionibus demon-  
strandis expeditius progredi licebit.

§. IV. Assertio tertia: In hoc adventu judicabit

A 2

Chri-